



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. F. Ioannis Nider Ordinis Prædicatorum Theologi De  
Reformatione Religiosorvm Libri Tres**

**Nider, Johannes**

**Antverpiæ, 1611**

Clemens Papa VIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45728](#)

DUV DUM post huius Auctoris editam Disputationem , & clarissimam demonstrationem , accessit edictum & diploma Summi Pontificis Clementis VII I I . quo contentiosum zelum quorumdam , & omnem litem in posterum reprimit , praesentis tenoris.

C L E M E N S  
P A P A V I I I.

**V**NIVERSIS Venerabilibus Fratribus  
Patriarchis, Archiepiscopis, & Epi-  
scopis, & aliis locorum Ordinariis per uni-  
uersum Orbem constitutis, salutem, & Apo-  
stolicam benedictionem. Cum, sicut accepi-  
mus, nonnulli Fratres Ordinis sancti Fran-  
cisci prætendant imaginem sanctæ Cathari-  
næ de Senis non esse depingendam cum stig-  
matibus, sed solius sancti Francisci imagi-  
nem ita depungi debere, ac super hoc sèpè  
cum Fratribus Ordinis Prædicatorum alter-  
centur, & contendant: Nos huiusmodi alter-  
cationes & contentiones præcidere cupien-  
tes, negotium istud Venerabilibus Fratribus  
nostris S. R. E. Cardinalibus super sacris ri-  
tibus & ceremoniis deputatis examinan-  
dum, cognoscendum, & decidendum, ac  
G g 2 termi-

terminandum commisimus; cum decreto ta-  
men, quod interim nihil innouaretur. Ne  
autem, dum in dicta Congregatione pre-  
dictum negotium deciditur, in aliqua Or-  
bis terrarum parte circa hoc aliquid inno-  
uari contingat, Vobis, & cuilibet vestrum  
per presentes committimus, & mandamus,  
ut auctoritate nostra curetis, & præcipia-  
tis sub censuris & pænis Ecclesiasticis, ar-  
bitrio vestro infligendis, ne in Ciuitatibus  
& Diæcesibus vestris quisquam Fratrum  
prædictorum sancti Francisci, aut alijs qui-  
cumque, donec in dicta Congregatione Car-  
dinalium huiusmodi negotium Stigmatum  
sanctæ Catharinæ definitum & declaratum  
fuerit, circa illud aliquid innouare, aut ul-  
terius altercari vel contendere præsumant:  
Constitutionibus & ordinationibus Apo-  
stolicis, ac præsertim fel. record. Sixti Pa-  
pæ Quarti predecessoris nostri, ceterisq; in  
contrarium facientibus, non obstantibus  
quibuscumque. Ceterum quia difficile fo-  
ret, presentes litteras originales ad unum-  
quemque vestrum deferri, volumus, & au-  
toritate Apostolica decernimus, ut præ-  
sentium exemplis, etiam impressis, manu  
alicuius Notarij publici subscriptis, ac si-  
gillo personæ in dignitate Ecclesiastica con-  
stituta munitis, eadem prorsus fides ubi-  
que

que habeatur, que ipsi met presentibus ha-  
beretur. Datum Romæ, apud sanctum Pe-  
trum, sub Annulo Piscatoris, die vigeſi-  
ma septima Nouembris, Millesimo quingen-  
tesimo nonagesimo nono, Pontific. nostri  
anno octauo.

M. Vestrius Barbianus.

